322

est potens virginem in pfectionis via quantum ad opus sicut abdicatio
tēporaliū posuissʒ illū adolescentē in pfectionis ope / si sua bona ſm ↄsiliuʒ
saluatoris voluissʒ paupibus elargiri· sicut tñ nō fuissʒ ille positus in pfec
tionis statu / ñ xp̄m fuissʒ secutus p votū ppetue obic / astīgendo se voto ad
illā tpaliū abdicationē / quo mō apostoli fecerūt· sic ṽgo vel vidua seruan
do ↄtinentiā nō ponit̄ in pfectionis statu / ñ p voti ppetuā obligacōeʒ ¶ Ad
secundū est dicendū qꝫ ṽgines seruantes ↄtinentiā sine voto p̄ferunt̄ cōiu
gatis in pfectionis ope / ſʒ nō in pfectionis statu Vel in pfectōnis actu / ſʒ ñ
in pfectionis ptāte· Planū est em̄ qꝫ ṽginitas pfectius opus est q̄ matri
moniū· ex quo tñ in ṽginibus nō adimit̄ ptās nubendi nō est ibi excessus
status quantū ad potestatē / ſʒ solū quantū ad actū ¶ Et p hoc pʒ respon
sio ad terciū· quia apostolus accipit ibi bonū et melius quantū ad actū / ñ
quantū ad potestatē

AD·ij· sic pcedit̄ videt̄ em̄ qꝫ ṽginitas voto pmissa nō fuerit maioris
meriti in ṽginibus q̄ sine voto· qꝛ virgibus fatuis clausa est ianu
a math·xxv Sʒ solempnisare votū videt̄ ptinere ad fatuas virgines / cū
in hoc requirat̄ hominū testimoniū et fame gloria ¶ P̄ virginitas lucie
et cecilie magni meriti fuit in tantū qꝫ virginitas in eiꝫ fecit martiriū ma
gis q̄ martiriū virginitatē vt dt ambrosius in libro de virginitate· sed ea
rum virginitas nō fuit voto solempnisata· ergo ad racionē meriti virgini
tatis nō requiritur qꝫ sit voto firmata ¶ P̄ vt opus sit meritoriū requiri
tur qꝫ sit voluntariū ꝛ secretariū vt dicēte saluatore· nesciat sinistra quid
facit dextera· maioris ergo meriti est / virginitatē seruare sine voto q̄ cum
voto ¶ In ↄtrariū est aug⁹ super illo verbo psal· Vouete et reddite domi-
no deo vestro ¶ R· dicēdum· qꝫ vna operatio potest esse magis meritoia q̄
alia pp̄ter tria· Primo si fiat cum maiori conatu / et cū ardentiori pmissio
ne· Cum em̄ operatio nō sit meritoria nisi quia voluntaria· quanto ergo
plus in operatione est de conatu et de auiditate voluntatis / tanto magis
est meritoria· ideo nāqʒ dilectio marie magdalene fuit multū meritoria·
quia multū fuit de conatu et de auiditate voluntatis Secundo si fiat cum
maiori oblatione· nam ceteris paribus plus meretur qui offert deo duo q̄
vnū· Tercio si fiat cū firmiori obseruatione Scd̄m em̄ aug̃· nō inchoasse
sed perfecisse est opus perfecte virtutis· pp̄ter ista ergo tria possumus di
cere qꝫ virginitas cū voto est magis meritoria / q̄ sine voto· Primo quia
est cum maiori conatu / et cum ardentiori promissione· Est enim votū pro
missio spontanea et voluntaria facta deo· igitur virginitas seruata cum
voto est promissa et dedicata deo cum toto conatu et libera voluntatis o-
peratione· quia vouere libera operatio est voluntatis· et hinc est qꝫ qui
non sunt sui iuris vouere nō possunt· Secundo quia est cū maiori oblacōe

i 2

TECHNISCHE UNIVERSITÄT DARMSTADT
http://tudigit.ulb.tu-darmstadt.de/show/inc-iv-587/0643
Universitäts- und Landesbibliothek Darmstadt
gefördert durch die DFG